

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

79 quotations attributed to Iacobus beneuentanus in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Note that in addition to the edition of the original text published in 1954 by A. Altamura, E. Franceschini's 1954 article, which serves as an addendum/corrigendum to Altamura's edition, is also cited where relevant for certain quotations.

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De naturalitate et consideratione morali (fol.19rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 25. **Ad se cuncta trahit natura: dat atque secundum Morem cuique genus imperiosa suum.**¹ Capitulo 46. **Innatum viciū tollere nemo valet.**²

1. Ad se cuncta trahit natura: dat atque secundum / morem cuique genus imperiosa suum.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.61, ll.254-255).

2. Quod non de facili posses depellere corde, innatum viciū tollere nemo valet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.72, ll.507-508).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 13: De consuetudine (fol.22vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 46. **Non est res habilis morem depellere corde. Est radix cuius inueterata diu. Hec connexa diu mos et natura videntur Defacili dirimi: nec reor ista valent.**¹ Capitulo 48. **Res est dura nimis vsum depellere longum. Radix euelli non valet alta bene.**²

1. Non est res habilis morem depellere corde, / est cuius radix inveterata diu, / nec conexa simul mos et natura videtur / de facili dirimi, nec reor illa valent.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.72, ll.513-516).

2. Res est dura nimis usum depellere longum; / radix euelli non valet alta bene.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.557). [abest in Altamura ed.]

Pars 1, Liber 3, Rubrica 15: De raris naturaliter (fol.22vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Sed modo perfectus rarus amicus adest.**

Omnibus est rebus bonus antefendus amicus, / sed modo perfectus rarus amicus adest.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.333-334).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.26rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 48. **Nobilis est bonitas premo que dat honorem. Et possessorem subleuat vsque suum. Prebet opus bonitas: sed opes non dant bonitatem. Omnia precellit bonitas: que rara videtur. Tempore presenti: vix bonus vllus adest.**

Nobilis est bonitas, possessio que dat honorem / et possessorem subleuat atque suum; / prebet opus bonitas, sed opes non dant bonitatem, / ast adimunt diuinit vix bonus ullus erit; / omnia precellit bonitas, que rara videtur. / Tempore presenti vix bonus ullus adest.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.73, ll.543-547); cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.562).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27va)

Iacobus beneuentanus capitulo 2. **Quod tibi non vis: tu illud ne feceris vlli. / Sed facias aliis quod cupis ipse tibi.**

Quod tibi tu non vis, illud ne feceris ulli; / sed facias aliis quod cupis ipse tibi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.53, ll.37-38).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 19. **Siquid promissum fuerit tibi suscipe raptum. Mens apposito: nam resilire potest.**¹ Capitulo 20. **Qui spondet multa soluere pauca solent. / Quod dare volueris: nulli spondebis amico / Dedecet hic euentos: precipueque bonos. / Cum spondes aliquid manus ilico verba sequatur. / Auget enim meritum: qui cito soluit idem.**²

1. Siquid promissum fuerit tibi, suscipe raptim: / mens a proposito nam resilire solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.59, ll.182-183).

2. Quid spondet multa soluere pauca solet. / Quis prudens spondet rem quam non possidet ipse? / Stultus semper agit, quod sibi non sit honor. / Quo caret insipiens solet illud pollicitari, / qui minime curat soluere si nequeat. / Quod dare nolueris nulli spondebis amico: / dedecet hoc cunctos precipueque bonos. / Cum spondes aliquid, manus illico verba sequatur: / auget enim meritum qui cito solvit idem.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.59, ll.193-203).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 3: De prodicione exprobranda (fol.32rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 9. **Hoc ego te moneo fugias vt prodicionem. / Turpius hoc
omni crimine crimen adest: / Proditor et nullus tibi coniungatur amore / Spe sub amicitia:
mors inimica datur.**

Hoc ego te moneo, fugias ut prodicionem: / turpius hoc omni crimine crimen adest. /
Proditor et nullus tibi coniungatur amore: / specie sub amicitie, mors inimica datur.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.55, ll.95-98).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 3: De predilectione suiipsius (fol.37rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 32. **Cur onus alterius: humeris imponere velles. / Nature tuis: vitaque nocitura vides.**¹ Capitulo 55. **Dum retinere potes dominatum non dabis vlli. / Te viuente: tuum nulli prebebis honorem. / Sed tibi conserua carus: vt esse queas.**²

1. Cur onus alterius humeris imponere velles, / nate, tuis? Vita que nocitura vides.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.64, ll.320-321).

2. Dum retinere potes, dominatum non dabis ulli: / nate, tuo dogma pectore conde meum. / Cum posset dominus, quis vellet subditus esse? / Dum pater esse potes, filius esse cave. / Si poterit primus fore, quis desideret ultimus? / Cum possit maior, quis velit esse minor? / Te viuente, tuum nulli prebebis honorem, / sed tibi conserva carus ut esse queas.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.78, ll.675-682).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 40. **Nate tuis natis: non demonstrabis amorem. / Que gestat intus dissimulato foris.**¹ / **Est pater in culpa: si filius est vitiosus. / Si vitio careat: laus erit inde patri.**²

1. Nate, tuis natis non demonstrabis amorem: / quem gestas intus, dissimulato foris; / nec tu consuescas hos tecum ducere parvos, / mandere vel tecum nec patiaris eos.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, pp.73-4, ll.557-560).

2. Est pater in culpa, si filius est vitiosus; / si vitio careat, laus erit inde tibi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.74, ll.573-574).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De vicinis propinquitare et longinquitare (fol.38va)

Iacobus beneuentanus capitulo 12. **Dilige vicinos: / vt sis dilectus ab ipsis. / Uicino melius nil credo fore bono.**

Dilige vicinos, ut sis dilectus ab ipsis. / Vicino melius nil credo fore bono: / est consanguineis et preponendus amicis, / qui cito succurrit quando necesse videt.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.56, ll.125-128).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39va)

Iacobus beneuentanus capitulo 7. **Qui iacet in ceno: non sine sorde manet.**¹ Capitulo 37. **Stat male solus homo: solus male vadit et ipse. / Qui viuit solus: mors sibi vita manet.**²

1. Fit bonus infamis infames sepe sequendo: qui iacet in ceno non sine sorde manet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.55, ll.85-86).

2. Non securus abit qui solus abire videtur: / stat male solus homo, solus male vadit et ipse: / namque gerit secum multa pericula via. / Qui vadit solus mors sibi vita manet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.68, ll.407-410).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Omnibus est rebus bonus antefendus amicus. / Sed modo perfectus rarus amicus adest. / In verbis fidus: non delectatur amicus. / Gaudet enim factis commoda ferre sibi. / Infidum fugias: fidumque sequaris amicum. / Huic pro posse stude: ferre benignus opem.**

Omnibus est rebus bonus antefendus amicus, / sed modo perfectus rarus amicus adest. / A falso verum casus discernit amicum: / notus in adversis omnis amicus erit. / Tempore presenti multi dicuntur amici, / tollere qui cupiunt et dare nulla volunt. / In verbis fidus non delectatur amicus: / gaudet enim factis commoda ferre tibi. / Infidum fugias fidumque sequaris amicum. / Huic prodesse stude, ferre benignus opem.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.333-342); cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.560.

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Tempore felici: multi dicuntur amici. / Tollere qui cupiunt: et dare nulla volunt.**

Tempore presenti multi dicuntur amici, / tollere qui cupiunt et dare nulla volunt.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.337-338).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Notus in aduersis omnis amicus erit.**

A falso verum casus discernit amicum: notus in aduersis omnis amicus erit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.335-336).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Mutari nescit: inueteratus amor.**

Fallere non potuit te via, nate, vetus: / est verus expertus et naturalis amicus, / mutari
nescit inveteratus amor.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.66, ll.354-356).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 6. **Ut durum ferrum mordax consumit erugo. / Sic hominis lacerat intima liuor edax.**

Ut durum ferrum mordax consumit erugo, / sic hominis lacerat intima liuor edax.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.54, ll.71-72).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 4: De inimicitia et inimicis (fol.44rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 26. **Non inimicitie si potes subditus esto. / Anihilat censum: corpus et ipse vacat. / Corpus res animam pernix ad perditionem / Fert inimicitia: consulo nate caue.**

Non inimicitie subiectus, si potes, esto: / annihilat censum, corpus et ipsa necat. / Ne spernas aliquem, qui forsan sit miser ipse. / Evolvit currum nam lapis exiguus / exiguumque rogam nemus ingens urere vidi. / Sit licet exigua, musca nocere solet. / Corpus, res, animam pernix ad perditionem / fert inimicitia. Consulo, nate, cave.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.62, ll.264-271).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 8: De rixis et scandalis (fol.45ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 5. **Lingua odium parit: et faciet tibi litem. / Effreni lingua: surgere bella solent.**

Lingua loquax odium parit et sepissime litem; / effreni lingua surgere bella solent.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.53, ll.53-54).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45va)

Iacobus beneuentanus capitulo 29. **Hoc tibi precipio: vites vt placita semper: / Si poteris: quoniam prelia sepe mouent. / Questio res minuit: odium creat: incitat iram. / Pro lucro damnum: ducere sepe solet.**

Hoc tibi precipio quod placita tu tibi vites, / si poteris, quoniam prelia sepe mouent. / Questio res minuit; odium creat, incitat iram. / Pro lucro damnum ducere sepe solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.63, ll.294-297). cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.560.

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneris et beneficii (fol.49rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 20. **Cum spondes aliquid: manus illico verba sequantur / Auget enim meritum qui cito soluit idem.**

Cum spondes aliquid, manus illico verba sequatur: / auget enim meritum qui cito solvit idem.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.59, ll.200-201).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.50ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Lucraris tribuendo bonis: sed perdis iniquis.**

Lucraris tribuendo bonis, sed perdis iniquis: / sic igitur facias, ne tua damna fleas.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.345-346).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 8: De credito et debito (fol.50va)

Iacobus beneuentanus capitulo 35. **Nolo quod prestes fili tua litigiosis. / Aut illis et qui sibi semper egent. / Credita vix etenim vel nunquam reddere curant. / Consuevere tamen reddere verba pia.**

Nolo quod prestes, fili, tua litigiosis / aut illis etiam qui semper egent: / credita vis etenim vel nunquam reddere curant; / consuevere tamen reddere verba pia: / sic tibi, pro censu, redduntur verba frequenter.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, pp.66-7, ll.377-381).
cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento,
Aevum 28, fasc. 5/6, 1954, p.560.

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitudine (fol.51rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 23. **Accepti semper muneris esto memor. / A quocumque tibi presertim paupere factum. / Compensare stude: merito seruitium.¹ / Frigescit dantis animus cum viderit ipse. / Cui dederit ingratum: muneris esse sibi.²** Capitulo 25. **Noli serpentem dico tibi fili nutrire. / Mordebit quoniam te prius ipse malus.**

1. Postulat hec ratioque iuris et exigit ordo: / accepti semper muneris esto memor. / A quocumque tibi, presertim paupere, factum, / compensare stude seruitium merito.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.60, ll.210-213).

2. Frigescit dantis animus, si viderit ipsum / cui dedit ingratum muneris esse sibi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.60, ll.222-223).

3. Noli serpentem, tibi fili dico, nutrire, / mordebit quoniam te prius ipse malus: / eius natura sibi sic dictante maligna, / hoc meritum reddit cui bene fecit ei.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.61, ll.250-253).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (n.p. fol.2va)

Iacobus beneuentanus capitulo 46. **Nemo potest facta cauere sua. / Uix valet imperio fortune quippe resisti. / Que sunt supposita que vagus orbis habet.**

Talibus auditis quatiens caput ille senile: / Nemo – dixit – potest fata cauere sua: / vix
valet imperio fortune quippe resisti, / cui sunt supposita que vagus orbis latet; / sed tamen
asculta que dicam nunc tibi verba / et parient fructum proficuumque tibi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.71, ll.489-497). cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.561.

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De concilio (n.p. fol.3va)

Iacobus beneuentanus capitulo 41. **Fidum consilium fidus amicus habet.**

Utere consilio super his que feceris eius: / fidum consilium fidus amicus habet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.69, ll.443-444).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. fol.5ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 40. **Premeditare prius animo quam res operari / Incipias: fiat finis vt aptus eis. / Principium sapiens et finem premeditatur. / Finis habet rerum dedecus atque decus.**

Premeditare prius animo quam res operari / incipias, finis fiat ut aptus eis. / Que facis aut dicis ni tu previderis, ipsa / ingratus finis claudere sepe solet, / principium sapiens et finem premeditatur, / ut res eventus possit habere bonos. / Actibus in rebus caudam spectare memento: / finis habet rerum dedecus atque decus.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.69, ll.433-440).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione (n.p. fol.5va)

Iacobus beneuentanus capitulo 15. **Omnis a specie fructus cognoscitur arbor.**

A specie fructus omnis cognoscitur arbor.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.57, l.146).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 12: De partium morali consideratione (n.p. fol.5vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Ad se sinceram pars vitiosa trahit.**

Nec bona cum prava sociari femina debet: / ad se sinceram pars vitiata trahit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.597-598).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo (n.p. fol.6va)

Iacobus beneuentanus capitulo 34. **Fallere non potuerit te via nate vetus.**¹ Capitulo 37. **Ignorata via ferre pericula solet.**² Capitulo 38. **Ignorata vada tibi pertransire caueo. / Nate profunda: licet ne videantur ea.**³

1. Fallere non potuit te via, nate, vetus: / est verus expertus et naturalis amicus, / mutari nescit inveteratus amor.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.66, ll.354-356). cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.560.

2. Errant mortales loca per non cognita sepe: / ignorata via ferre pericla solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.68, ll.415-416).

3. Frangi per cursum non solet ulla rota; / ignorata tibi vada pertransire caveto, / nate, profunda licet nec videatur ea: / elongare viam vel retro credere, fili, / ne pigeat, possis salus ut esse tibi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.68, ll.420-424). cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.561.

Pars 3, Liber 3, Rubrica 8: De etate acceptabili discipline (fol.70ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 49. **Discere fac artem puerili tempore natos: / Tunc valet ingenium discere cuncta bene: / Nam postquam mollis etas pertransit: ineptum / Redditur et durum quodlibet ingenium.**

Discere fac artem puerili tempore natos: / tunc valet ingenium discere cuncta bene. / Nam postquam mollis etas pertransit, ineptum / redditur et durum quodlibet ingenium: / *cera quidem mollis reddit quamcumque figuram, / dura nec est mollis ut bene fiat opus.*

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.74, ll.563-568).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiiis (fol.72rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 49. **Ars bona prebet opes.**

Ars bona prebet opes.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.74, l.562).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 16. **Nam labor assiduus premia digna gerit.**¹ Capitulo 17. **Fomentum viciis dat diuturna quies. Nunquam habens homo poterit sibi multa parare? Sollicitus vero multa parare solet. Tempore quoque miser desidiosus erit.**

1. Ergo laborato, cupias si vivere recte: / nam labor assiduus premia digna gerit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.58, ll.166-167).

2. Semper sit somni tibi longa quies odiosa: / corpus enim multum redditur inde pigrum; / at tempestive tu surgito mane e cubili: / fomentum viciis dat diuturna quies. / Si fuerit languens animus, fit corpus ineptum. / Materiam damno non dabis ipse tuo. / Nunquam deses homo poterit sibi multa parare; / sollicitus vero multa parare solet. Ergo segniciem semper vitare memento: / tempore quoque miser desidiosus erit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.58, ll.168-177).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 5. **Lingua loquax odium parit et facit tibi litem. / Effreni lingua surgere bella solent. / Per linguam multi iam periere viri.**

Lingua loquax odium parit et sepiissime litem; / effreni lingua surgere bella solent. /
Nascitur ex minima rogas ingens sepe favilla, / qui non extingui de facili poterit. / Sic,
licet exiguum membrum, manet ensis acutus: / per linguam multi iam periere viri.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.53, ll.53-58).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 42. **Si secretum sui cordis tibi pandit amicus: / Uxori fili ne reserato tue. / Non bene secretum mulier tenet: immo reuelat.**

Si secreta tui cordis tibi pandit amicus, / uxori, fili, nil revelato tue. / Non bene secretum mulier tenet, imo reuelat; / pollicitis cuius credere nemo velit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.69, ll.447-450). cf. E. Franceschini ed., "Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.561.

Pars 3, Liber 5, Rubrica 13: De aspera vel rigida et de verbis malignis ac conuiciis (fol.78va)

Iacobus beneuentanus capitulo 35. **Lis solet ex verbis surgere sepe malis.**

Lis solet ex verbis surgere sepe malis: / his collatus honor fert dedecus atque laborem.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.67, ll.382-383).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda, de multiplicatione verborum
(fol.82vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 57. et penultimo. **Inuidiam generat et longus tedia sermo.**

Inuidiam generat et longus tedia sermo: / his ideo finem ponere, nate, volo.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.79, ll.703-704).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 22. **Nam decet omnes / Actibus in cunctis semper habere modum.**

Fiat utrumque tamen moderate: nam decet omnes / actibus in cunctis semper habere modum.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.60, ll.208-209).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 5: De paulatinorum potentia (fol.87va)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Gutta leuis saxum durum cauat illa frequenter / Dum cadit id supra: quod tibi dico nota.**

Gutta levis saxum durum cavat illa frequenter / dum cadit. Id supra quod tibi dico nota: / nec ad ter quinos cum iam pervenerit duos.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.605-607).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.88ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 19. **Si quid permissum fuerit tibi suscipe raptim: / Mens a proposito nam resilere potest.**

Siquid promissum fuerit tibi, suscipe raptim: / mens a proposito nam resilire solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.59, ll.182-183).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88va)

Iacobus beneuentanus capitulo 19. **Siquidem promissum fuerit tibi suscipe raptim. / Mens appposito nam resilere potest.**

Siquid promissum fuerit tibi, suscipe raptim: / mens a proposito nam resilire solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.59, ll.182-183).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 16. **Diues honoratur cunctis et diues amatur. Delitias sequitur delitiosus amor.**

Diues honoratur cunctis et diues amatur: / diuitias sequitur deliciosus honor.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.58, ll.160-161).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 4: De lucra acquisitionis honestate consideranda (fol.91vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 46. **Est id turpe lucrum quod detestatur honestas. / Ferre solent damna crimine plena lucra.**

Quin etiam nunquam tu desponsabis amicam, / quamvis illa velit munera magna dare: /
est id turpe lucrum, quod detestatur honestas. / Ferre solent damna crimine plena lucra.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.72, ll.517-520).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 7: De conseruatione diuitiarum (fol.92va)

Iacobus beneuentanus capitulo 52. **Rem bene custodi: quod habes dispergere noli. / Ne dispergaris et velut exul eas / Laus est magna viro sua si conseruat et auget. / Opprobrium contra si male tractet ea.**

Rem bene custodi; quod habes dispergere noli. / Ne dispergaris et velut exul eas, / parva labore gravi, fili, servare memento, / ut de te nequeat fama maligna sequi. / In reprobum sensum vanus est qui destruit illud / quod non quesivit ipse labore suo / aut etiam quod cum magno sudore paravit. / Ludibrium populo fit miser omnis homo; / laus est magna viro sua si conseruat et auget, / obprobrium autem si tractet male ea.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.76, ll.634-642). cf. E. Franceschini ed., "Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.563.

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et amissione diuitiarum (fol.93ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 7. **Qui sequitur bachum taxillos et meretrices: / Infamis semper: semper egenus erit.**¹ Capitulo 34. **Raro donato: celebra conuiuia raro. / Ex his paupertas sepe venire solet.**²

1. Qui sequitur Bachum, taxillos et meretrices, / infamis semper, semper egenus erit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.54, ll.81-82).

2. Raro donato, celebra convivia raro: / ex his paupertas sepe venire solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.65, ll.347-348).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 10: De laudis fortuite amissionis bonorum (fol.93rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 7. **Qui sequitur bachum taxillos et meretrices / Infamis semper: semper egenus erit.**¹ Capitulo 51. **Sic taxillorum ludum vitare memento. / Nullam iacturam ferre quod inde queas. / Ludum quemque fuge per que tua perdere possis.**²

1. Qui sequitur Bachum, taxillos et meretrices, / infamis semper, semper egenus erit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.54, ll.81-82).

2. Cetera mando tibi servari dogmata, fili, / hoc sed precipue quod modo trado tibi: / in se non modice fructum gerit utilitatis / quod sibi quisque legit, qui bene servat idem, / sic taxillorum ludum vitare memento. / Ludum quemque fuge, per quem tua perdere posses, / nullam iacturam ferre qui inde queas.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.76, ll.623-629). cf. E. Franceschini ed., “Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.563.

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 11. **Hydropico similis nunquam satiatur avarus. / Infelix requie nocte dieque caret. / Custos non dominus estat avarus opum.**

Hydropico similis, nunquam satiatur avarus: / notis ignotis omnibus ipse rapit, / anxius accumulatur, nescit cui, non sibi certe / eius congestas alter habebit opes. / Acquirendo fidem nulli conservat avarus; / infelix, requie nocte dieque caret; / ne sibi deficient, opibus timet impius uti: / custos non dominus extat avarus opum.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.56, ll.117-124).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 55. **Dum retinere potes dominatum non dabis vlli.**

Dum retinere potes, dominatum non dabis ulli: / nate, tuo dogma pectore conde meum.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.78, ll.675-676).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 7: De irrisione et illusione (fol.99ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 13. **Risor derisus quilibet esse solet.**

Risor derisus quilibet esse solet: / simia deludit animalia cetera turpis; / turpior est cunctis
deteriorque feris.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, pp.56-7, ll.134-136).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra-rb)

Iacobus beneuentanus capitulo i. **Ille beatus erit cui bona fama viget.**¹ Capitulo 50. **Non valet extinguere sordida fama bene.**²

1. Ille beatus erit, cui bona fama viget.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.52, l.18).

2. Denigrare bone nomen mala femina gestit: / non valet abstergi sordida fama bene.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.599-600).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.103ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 55. **Te viuento tuum nulli prebebis honorem. / Sed tibi conserua carus vt esse queas.**

Te vivente, tuum nulli prebebis honorem, / sed tibi conserva carus ut esse queas.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.78, ll.681-682).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Uisus et auditus necnon et tactus amoris. / Hoc auditum
seui semper habere solet.**

Nate, domum crebro tibi qui non attinet ipsum / ne ducas natam; nam vitiare potest /
visus et auditus, nec non et tactus amoris: / hec aditum seui semper habere solent.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.601-604).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneneree (fol.111vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Subuertit mentem pulchra puella viri.¹ / Uisus et auditus necnon et tactus amoris. / Hec auditum seui semper habere solent.²**

1. Pelle perit gattus, precioso femina cultu: / subuertit mentem pulchra puella viri.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.74, ll.581-582).

2. Nate, domum crebro tibi qui non attinet ipsum / ne ducas natam; nam vitiare potest / visus et auditus, nec non et tactus amoris: / hec aditum seui semper habere solent.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.601-604).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112va)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Subuertit mentem pulchra puella viri.**

Pelle perit gattus, precioso femina cultu: / subuertit mentem pulchra puella viri.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.74, ll.581-582).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 42. **Non bene secretum mulier tenet: immo reuelat.**¹ Capitulo 50. **Mobile cor cunctis et mens est vana puellis. / Firmum propositum femina nulla gerit.**²

1. Non bene secretum mulier tenet, imo reuelat; / pollicitis cuius credere nemo velit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.69, ll.449-450).

2. Mobile cor cunctis et mens est vana puellis; / firmum propositum femina nulla gerit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.595-596).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 4: De prouidentia contrahendi vel non contrahendi matrimonium
(fol.115rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 46. **Nolo quod vxorem ducas cui non dominari aut quam non possis tibi bene corrigere.**

Nolo quod uxorem ducas cui non dominari / aut quam non possis tu bene corrigere.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.71, ll.495-496).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 50. **Mobile cor cunctis et mens est vana puellis. / Firmum propositum femina nulla gerit.**

Mobile cor cunctis et mens est vana puellis; / firmum propositum femina nulla gerit.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.75, ll.595-596).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.120ra)

Iacobus beneuentanus capitulo 56. **Spes bona mortales fallere sepe solet.**

Spem tibi ne ponas alicuius morte propinqui: / spes bona mortales fallere sepe solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.78, ll.683-684).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 1: Unde oriuntur bella (fol.125rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 5. **Effreni lingua surgere bella solent.**

Lingua loquax odium parit et sepissime litem; / effreni lingua surgere bella solent.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.53, ll.53-54).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137va)

Iacobus beneuentanus capitulo 16. **A consanguineis et amicis spernitur ille / Cui fortuna suam seua negauit opem.**

Quisque labore suo vivere debet homo: / a consanguineis et amicis spernitur ille, / cui fortuna suam seua negavit opem.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.58, ll.157-159).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.139ra-rb)

Iacobus beneuentanus capitulo 56. **Credit homo vere securus sepe manere. / Ex improuiso sepius ipse cadit. / Donec stare putes videas ne forte veharis / Nam subitus casus vergere firma solet.**

Credit homo vere securus sepe manere, / ex insperato protinus ipse cadit. / Donec stare putas, videas ne forte mearis: / nam subitus casus mergere firma solet.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.78, ll.689-692).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 53. **Non est prudentis grauitur merere profecto. / Ex hoc presertim quod deus ipse facit. / Prestat non tribuit vitam deus omnibus: ergo / Credita cum repetit nemo dolere vellit. / Comoda nulla dolor ad damnum ferre videtur. / Immo solet damnis addere damna dolor.**

Non est prudentis graviter merere profecto, / ex hoc presertim quod Deus ipse facit. / Prestat, non donat vitam Deus omnibus ergo: / credita cum repetit nemo dolere velit. / Laudandus Dominus est in cunctis actibus eius / et benedicendus semper ab ore viri. / Comoda nulla dolor ad damnum ferre videtur; / imo solet damnis addere damna dolor.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.77, ll.653-660).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 52. **Ludibrium populo fit miser omnis homo.**

Ludibrium populo fit miser omnis homo; / laus est magna viro sua si conservat et auget, /
obprobrium autem si tractet male ea.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.76, ll.640-642).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142vb)

Iacobus beneuentanus capitulo 26. **Nec spernas aliquem: quia forsitan sit miser ipse. / Euoluit currion: nam lapis exiguus.**

Ne spernas aliquem, qui forsan sit miser ipse. / Evolvit currum nam lapis exiguus /
exiguumque rogum nemus ingens urere vidi.

Iacobus Beneuentanus, *Carmina moralia* (A. Altamura ed., 1954, p.62, ll.266-268). cf. E. Franceschini ed., "Intorno al testo dei «Carmina moralia» di Iacopo da Benevento, *Aevum* 28, fasc. 5/6, 1954, p.559.